

Cod. Vaticanus

1566

Mr 1401
Brit. in Lon.
↳ Lublin

Sigismundus Augustus.
Dei gratia Rex Poloniae, magnus
Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae Ma-
soniae Samogitiae etc. dominus et haeres.
Significamus praesentibus literis nos-
tris, quorum interest universis et singulis
praesentibus et futuris harum noticiam
habituris. Exhibitos esse coram nobis per
certos Consiliarios nostros, nomine totius
fraternitatis Aurifabrorum Civitatis nos-
trae Dublinensis, certos articulos in pargu-
mino scriptos sub sigillo Civitatis eius-
dem Dublinensis bonum regimen et ordi-
nem in se continentes integros non vicia-
tos omnique suspicionis nota carentes
Supplicatumque est nobis nomine eorum-
dem, ut eosdem articulos inferius scrip-
tos et omnia in eis contenta auctoritate
nostra Regia approbare, ratificare et
confirmare ac super eisdem consentire
dignaremur. Quorum quidem articulo-
rum tenor de verbo ad verbum sequitur

et est salis. In Nomine Domini amen.
Ad perpetuam rei memoriam. Nos Procon-
sul et Consules antiqui et residentes Civi-
tatis Regiae Lublinensi, necnon Advocatus
atque Scabini, una cum electis Juris iu-
ratis et Communitate unanimi consensu
ad supplicationem Incolarum nostro-
rum artificii Aurifabrilis et aliorum
cupientium bonam famam promoveri
in Civitate, ut boni et bene edocti Artifi-
ces promoverentur, ne sit inter illos fossor
alias Partax aut aliqua alia macula
polutus. Annuentes eiusmodi conditioni-
bus praedictis, ut eorum lauda consuetudi-
nes aliarum in Regno Civitatum praeci-
pue tamen inclitae urbis Cracoviensis
et secundum infra scriptum ordinem
inviolabiliter observandum conscribi ius-
simus Statuimusque. Primo et princi-
paliter Quicumque huius Artificii vo-
luerit magister effici ac circa nostram
Civitatem Lublinensem artificium exercere
ac pro Magistro haberi tenebitur per
bicennium apud Magistrum vel Magistros
eiusdem Civitatis pro Socio laborare ut
intra hoc tempus possint conspici ab
omnibus hominibus mores, vitaeque ipsius
probitas, atque honesta conservatio, quoqui-
dem tempore determinato atque elapso
petere debet sibi assignari examinatoria
artificii ac ibidem in instanti genea-
logiam atque procreationem natiuitatis
suae tum et artificii edoctorem literis

3

antenticis coram residentibus probare
et confirmare tenebitur. Quo facto pro-
batoria seu examinatoria parari sibi
a Magistris apud seniorem Magistrum vel
archimagistrum faciendi elaborandi secun-
dum consuetudinem Cracoviensem in sa-
libus fieri observatam concedentur. Ac ea-
dem praefata probatoria debent per eundem
Novellum perfici atque continuari et elabo-
rata excedi uno quadrante anni quarum
rerum elaboratarum sequitur in hunc mo-
dum. Imprimis tenebitur elaborare et effice-
re duos Calices seu poculos argenteos ea indu-
stria et arte, ut unus in alium possit impo-
ni atque includi idiomate Polonico dictos
Knorowane ranthabaxmi inostki do nichi
Knorowane. Item annulum aureum
cum lapidibus diversis quibuscumque
puta Smaragdo Saphiro vel Rubino et
id genus ita ut iis lapis possit arti-
ficiose ac industriose fieri inclusus
et interpositus alias rassatrony. Item
Sigillum in quo debet sculptari atque
exprimi frontispicium alias Szyth,
Superius vero cassis pyramidalis dicta Helm
spierasty supreme effigies alicuius ani-
malis aut volueris cum virgulis vel
ramulis et floribus qui vulgo dicitur
Helm Wien circumquaque. Qua propter
satisfaciens eiusmodi probatoris iuxta
contenta privilegii debet suscipi in
fraternitatem, Patronem cuius susce-
ptionis seu introitus debet et erit

4
assuetus ad commune fiscum frater-
num medium marce argenti dare reponere
vel in effectu persolvere id quoque te-
nebitur facere aliquis adolescentum
edoctus per Magistros artificium
in eadem Civitate biennioque commo-
rari in externis nationibus et Civita-
tibus gratia et respectu melioris in-
formationis. Quodsi vero eiusmodi laudo
et statuto atque constitutioni tali
modo sancitae aliquis socius advena
aut eiusdem Civitatis, in qua didicit
artificium, non satisfecerit poenis certis
per Seniores consubernii irrogatis et
statutis punietur, prout consuetudo
fert aliarum Civitatum. Quodsi pro-
batorius et examine absoluto susceptus
 fuerit novus Magister in fraternita-
tem eidem obedientia a senioribus decla-
rabitur, tum quomodo sese gerere debeat
in communitate eiusdem Civitatis, ut
mos et consuetudo observatur aliis in
Civitatibus et praesertim Cracoviæ.

..... * tenebitur et erit assuetus
ius Civile suscipere iureiurando con-
firmando et hoc anticipans susceptio-
nem fraternitatis. Item tenebitur
omnia observare quae observanda veniunt
in hoc artificio, atque ex purissimo ar-
gento dicto dobrego branthu omnia
necessaria hominum conficere et elabo-
rare secundum consuetudinem Craco-
viensem ut que argenti

5

quindecim lobes boni probi ac iusti
valoris in se contineat ac in omnibus
vasis argenteis maioribus hoc est calici-
bus poculis basinis, cochlearibus, abbis la-
gulis et similibus, argentum quaque de-
bet esse probatum brauthu probe Craco-
uensis minoribus instrumentis artifi-
cialibus seu suppellectili, marca sit
ponderis quatuordecim librorum cum
dimidio. Item Quad attinet de auro qui-
libet Magister acceptum aurum con-
glutinet atque eiusdem globi det por-
ciunculam probe conceditori propter
sui suspicionem et subterfugiendas ali-
quas difficultates huic oriri solitas.
Item Cistula cum privilegio et thesauro
debet seruari apud seniorem archima-
gistrum et claves apud alium
iuniorem. Item Electio Archimagistro-
rum singulis annis debet fieri prout con-
suetudo fert aliorum Artificum huius
Civitatis. Nihilominus protunc post
conscriptum et lectum privilegium
ibidem incontinenti eligendi sunt Ar-
chimagistri, ut regimen bonum atque
modus et ordo recti possint conserva-
ri, quibus omnia facultatem cum
plenissima auctoritate damus, confe-
rimus atque concedimus per praesentes
delinquentes puniri corrigere et animadverti
atque regere, ut utile atque honestum
cum decore Civitatis praefatae bonaque
fama possit conservari atque promoveri.

6
Archimagistri uero electi et deputati
singulis annis quolibet anno existendi iurati
rationem fratribus facere tenebuntur
et erunt astricti. Item Omnes et sin-
guli seniores et iuniores Magistri huius fra-
ternitatis debent pro singulis necessitatibus
atque accessoriis conuenire ad Archimagis-
trum Socios, quociens opus fuerit, sub poena
in rebelles et temerarios constituta, obli-
gantur quoque singulis partibus anni seu
quartualibus sessiones habere atque circa
eadem singuli grossum imponant in com-
mune aerarium quae pecunia conuertenda
erit pro necessitate communitatis seu con-
subernij eorum, prout et alias obseruatur.
Similiter et omnes socii seu adolescentes hu-
ius artificij in eadem cista communi suum
proprium reservaculum alias pusta habe-
bunt et ab eadem clavis seruabitur ab uno
seniori socio per Magistros designato et deputa-
to. Tum etiam omnes et singuli ac quilibet
eorum seorsim nemine excluso omnibus die-
bus quatuor temporum in anno currentium
imponant ac imponere tenebuntur in cis-
tam praefatam per inedium grossum quod
conuertetur pro infirmis calamitosis rela-
liquo casu erumnis, vel pro illis, qui in longo
itinere destituti sunt, quibus uis vitae neces-
sariis vel vacantibus a labore Magistrorum.
Debet quoque illis exnarare et declarari
per seniorem Magistrum modus et ordo conser-
uationis apud Magistros. Item Eodem pri-
uilegio iudicimus atque constituimus, ut

7

omnis Magister praecipue iunior sit
obediens Archimagistris et modestè summo-
que cum decore sese in omnibus gerat et
conseruet circa sessionem fieri assuetam
ad quam obedientiam illi competentem
atque concernentem idem iunior magister
erit assuetus. Item Quilibet inermes om-
nium et singularum armorum veniant
ad contubernium sub praenis irrogandis
et constituendis per seniores. Insuper quod-
si aliquis existens accersitus ad fratres con-
tubernij non veniet vel venire neglexerit si-
ne legitima ratione atque causa et excusatio-
ne decenti atque conuenienti et re uera
temerarie ac prateriter id faciendo pu-
nietur iuxta obseruantiam artificii.

Quicumque vero sessionem aliquam incurre-
rit in eamque introclusus fuerit non
discessurus, donec finiantur et determinan-
tur omnia negotia et quaecumque tractationes
fratrum, nisi accederetur necessitas aliqua
ardua, quod equidem cum excusatione iuxta
atque legitima faciendum sit. Item omnes
causae et actiones Contubernij primo et
ante omnia intendendae et promouendae
coram Archimagistris debent deinceps, si opus
exposulauerit ad officium consulare remit-
tantur. Item Archimagistorum deputatorum
erit officium singulis temporibus per quin-
denam animaduertere et conspiciere officinas
omnium aliorum Aurificum et diligenter in-
quirere atque probare et examinari ne aliqua cir-
cumuentio vel fraus in labore artis illorum

inferatur et committatur, prout solet euenire
et committi in aliis Ciuitatibus Consubernio
ac regimine bono deficientibus. Quodsi uero
aliquid per ipsos deputatos in argento fraudis
et circumventionis seu doli inueniatur, habe-
bunt omnimodam facultatem a nobis illis
tributam illud argentum frangendi atque
destruendi et poena condigna a fratribus
constituta vel prout in aliis Ciuitatibus
nos obseruatur puniendi irremissibiliter
Prosecunda uice in duplo, Tercio uero si incur-
rat in hoc malum transgressusque fuerit
constitutiones praecursas, officina ipsius
cum omnibus instrumentis, cum auro et
argento et aliis diuersis clenodiis claudenda
erit, Tandem ipse transgressor pro eiusmodi
scelere Dominis Consulibus seu officio nostro
defferendus nulla misericordia super ipso ha-
bito. Qui quidem eundem iuste delatum, uti
verum transgressorem iuxta ipsius deme-
ritum aut suum beneplacitum punient.
Item Filii Magistrorum priores iudicandi
erunt quam alii extranei ad faciendam et
exercendam probatoria, ac tamen liberi et im-
munes pronunciabuntur a solutione mediae
marcae argenti ad cistam communem
ratione susceptionis fraternitatis atque
Consubernii solui constituta. Item Quodsi
aliquis sociorum contraxerit in matrimo-
nium filiam alicuius Magistri vel
viduam relictam eiusdem artificii liber
etiam debet esse censendus a solutione
mediae marcae argenti ratione susceptionis

9

eiusdem Consubernii Nihilominus tamen non liberabitur a probatoriis superius descriptis et omnem obedientiam exequi et adimplere tenetur, quemadmodum de iunioribus superius descriptum extat. Item Quodsi aliquis adeo protervus rebellis, atque temerarius reperiatur, quod artificialibus probis satisfacere sese quoquam modo recusaverit aut noluerit, priusquam uxorem ducat, huiusmodi ex communitate fraterna secludatur et exciatur, nec est tollerandus nec etiam admittendi sunt socii ad labores neque discipuli ad didicendum illud artificium. Item socio incipienti labores apud aliquem Magistrum non erit liberum ab eadem abire et discedere quando voluerit sed tenetur ipsum certis^{is} rem reddere duabus septimanis ante discessionem sui et hoc intelligendum est in eadem Civitate ad alium Magistrum. Quodsi vero aliunde in aliam Civitatem sese conferre voluerit, illud sibi concedendum atque admittendum est. Item Cum aliquis servitorum seu discipulorum voluerit hoc artificium didicere, primum eidem facultas concedatur aliquot septimanarum certis temporis probandi deliberandi atque tenendi Cui si animus erit ediscendi, vel si Magistro suo placuerit, exinde in praesentia Magistorum in Consubernio contractum edactionis illius artificii faciet, quo facto inscriptione confirmabit a qua quindecim grossos solviturus est ac ibidem debet eidem servitori exparati con-

suetudo modus et norma artificii atque
 conservatio apud ipsius dominum. Postea
 quam didicerit et perseveraverit ad tempus
 praescriptum eius Magister recognitionem
 faciet, quod idem discipulus sibi et arti-
 ficio satisfecerit sum iam liber dimitte-
 tur, tamen circa praesentem manumissionem
 florenum Contubernio persoluet, atque
 Notarium ab inscriptione contentum
 faciet. Postea si literas ex postulare et doc-
 tionis seu informationis non sunt ~~de~~ de
 negandae, imo concedendae, verum a praefa-
 lis literis et sigillo communitati flore-
 num persoluet Notarioque satisfactu-
 rus. Item si aliquis fratrem locaverit
 aut conduxerit damnum alicuius in
 damnum et iniuriam ipsius eundem
 fratrem in locatione ipsius subconduxe-
 rit, talis punietur media marca argenti
 et Archimagistris satisfaciet pro eiusmodi
 excessu. Item si aliquis ex fratribus socium
 vel discipulum alterius sollicitationibus
 verbis blanditiis, pecuniis vel quavis alio
 modo seduxerit et ad se alliceret, talis pu-
 nietur poena duorum florenorum Poloni-
 calium et fratribus seorsim satisfaciet
 pro excessu. Item Magister unus alio obji-
 cians aliquo verba ignominiosa ac inho-
 nesta bonam famam ipsius ledentia
 ex quocumque affectu sinistro vel rancore
 et furore, talis succumbet poenam
 duorum florenorum monetae Polonicae
 fraternitati irremissibiliter solvenda.

11

Quodsi vero casu et improbose, ex tunc praefatus ^{sic} mulctata certa pecunia instituta et laudata puniendus est. Sin vero alicui vulnus quodcumque inflixerit aut aliquem voluerit rauerit, quilibet eorum pro tali excessu iuxta Decretum fratrum grauiori poena puniendus erit. Quodsi vero Decreto contra ipsum lato temerarie renuerit et eidem sese submittere noluerit, remittatur ad superiorem iudicium pro exequendo super eo poena transgressa, similiter censendum et intelligendum est de sociis praefati artificii, quod licet pro poenis satisfecerint, tamen laesam partem reconciliari quo facilius possint tenebuntur. Item statuimus et instituiamus, ut Magistri Aduenae ex aliis Ciuitatibus et oppidis Regioni- busque alienigenis non liceat vendere sui artificii suppellectilia exceptis temporibus Mundinarum huic Ciuitati per Sacram Regiam Maiestatem traditis et largitis, quodsi secus fecerint, at tunc omnia argentea clonodia per ipsos ad diuendendum exposita ammittere debent hoc est a senioribus Contubernii praefati. Quas res receptas ad officium nostrum deferre debent, quarum medietas pro reparatione Ciuili et alia pro fisis Contubernij communi cedere debet ad quod exequendum auxilium seruos Ciuiles daturi sumus. Item Aurigabri extranei pro Mundinis fieri ac celebrari in

12

consuetis ~~~~~ aduenientes gratia
diuendendarum suarum mercium & Cle-
morum ~~~~~ autē omnia debent sese
Archimagistris Senioribus eiusdem Ciuita-
tis officinae Aurificum cum eisdem sese ma-
nifestare quae manifestata comprobent ~~~~~
ne habeant aliquid ~~~~~ in se fraudis
& circumventionis et post probationem
iam liberam facultatem habebunt ea
diuendendi, prout fert consuetudo Nundina-
rum. ~~Item Consensimus per praesentes~~
~~Senioribus Consubernij~~ Quod si vero
aliqua fraus aut dolus quo facilius
homines decipi possint in salibus ce-
neris et instrumentis venalibus inuenia-
tur, extunc recipienda sunt ad Consubernium
nec extrahantur tantisper, donec pro pe-
na transgressa et excessu suo satisfaciatur.
Et in defectu satisfactionis illa amitti-
tere debet. - Item Consensimus per praes-
entes Senioribus Consubernij praefati so-
ciusque fraternitatis ut habeant facultate-
m homines probos graues Doctos honestos
constantes bonae conseruationis in hoc idem
consubernium suscipiendi et suscepti si ali-
cui necessitas exposulauerit inscribi frater-
ne reponet in cistam iuxta Constitutionem
Seniorum et iuniorum fratrum tenebitur
quoque singulis quatuor temporum diebus
grossum unum ad fiscum communem per-
soluere, ab omnibus uero aliis rebus arti-
ficio praefato conuenientibus liber erit.
Item Quod si Diuina voluntate quo nihil

13

cercius est, aliquis ex hac vita demigraret
aut decesserit, tam fratribus sororibus
filiis et filiabus et id genus est, Extant
omnes et singuli tenebuntur corpus demo-
strum cum reuerentia Christiana ad
sepulturam deducere et sepelire, prout
conuenit et decet Christianum homi-
nem. Item Eodem privilegio omnes mo-
dernos Magistros quoprimo diligentia ac
summa sollicitudine non parcendo expen-
sis et sumptui cupiant promouere et
augere famam bonam Ciuitatis Partium
comparandis sibi privilegiis et statu-
tis liberi erunt a probatoris et examina-
toris huius artificii superius descriptis et
a media marca argenti susceptionis. Partim
quod a multis annis nobiscum contribu-
tiones atque onera Ciuitatis ferunt,
Partim quod huic Ciuitati et nobis bene
promeriti sunt sua conseruatione honesta,
Partim quod diligentiam adhibent in au-
gendo bono communitalis atque reipub-
licae huius Ciuitatis et sui artificii,
quibus a nobis datur et conceditur
omnis facultas boni regiminis in
consubernio, prout in aliis Ciuitati-
bus seruari solitum est. Item omnes
articulos et modos descriptos cum sint
conuenientes utiles omnique aguitati
conducibiles vigore mediante huius privi-
legii confirmamus, approbamus rati-
ficamus robur perpetuae firmitatis ha-
bituros in secula seculorum amen. In cu-

14
ius rei evidens testimonium sigillum nostrum
praesentibus est appensum. Datum in Praetorio
Dublinensi feria sexta in crastino sancti Jacobi
Apostoli proxima. Anno anni Millesimo quin-
gentesimo sexagesimo sexto. Nos itaque Sigis-
mundus Augustus Rex praenominatus
supplicationi eiusmodi benigne annuentes
Articulos superius scriptos in omnibus clau-
sulis articulis et conditionibus auctoritate
nostra Regia approbandos ratificandos et
confirmandos esse duximus, prout appro-
bamus ratificamus et confirmamus ac
super eisdem consentimus per praesentes li-
teras nostras, Decernentes eas robur debita
et perpetuae firmitatis obtinere debere. Qua-
propter Generoso Thomae Comiti in Thencin, Ca-
pitaneo ac famatis Proconsuli et Consuli-
bus Civitatis Dublinensis modernis et
pro tempore existentibus Mandamus
ut eisdem Aurifabros Dublinenses iuxta
articulos suprascriptos et in omnibus eorum
contentis conservent conservarique ab aliis,
quorum interest, curent Magistrosque
non doctos alias Parlacrow eiusdem Arti-
fici Aurifabrilis in eadem Civitate Dub-
linensi non faciantur pro gratia nostra.
In cuius rei fidem et evidens testimonium
sigillum nostrum manibus praesentibus est
subappensum. Datum Dublini in Con-
ventu Regni generali die trigesima
Mensis Julii. Anno Domini Millesimo
Quingentesimo sexagesimo sexto, Reg-
ni vero nostri anno trigesimo

septimo. —
valentynus Dąb^{neki}yeck
R. P. Cancellarius

Relatio Magnifici Valenti-
ni Dembianski de Dembiansky
Regni Poloniae Cancellarij

16

WIMBP
im. H. Łopacińskiego
w Lublinie
sygn. 1401